



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Praxis Quarta. Duo suspiria SS. Ignatii & Aloysii, & affectus erga quinque  
sacra vulnera præmissâ semper adoratione Christi Eucharistici.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Accurro ad osculum inclinati capit̄is tui, nec  
dimittam te, nisi osculum pacis dederis & be-  
nedixeris mihi.

## PRAXIS QUARTA.

Duo suspiria SS. Ignatii & Aloysii, & affectus er-  
ga quinque sacra vulnera præmissa semper  
adoratione Christi Eucharistici.

ima Visitatio. Suspirium S. Ignatii.

Suscipe Domine universam libertatem meam,  
&c. hoc scitur de memoria. Rithmicè pro  
varietate potest orati modo sequenti:

1. O Deus ego amo, Nam prior tu amasti  
me. En libertate privo me, Ut spon-  
te vincetus sequar te.
2. Nil suggerat memoria Nisi de tua gloria,  
Nil intellectus sapiat, Præterquam ut te  
capiat.
3. Protestor nihil velle me, Nisi quod sciām  
velle te. Quæ dono tuo mea sunt, Hæc  
dono meo tua sunt.
4. A te accepi, recipe, Quid iis velis, præcipe,  
Guberna sicut scis & vis, Nam scio, quod  
amator sis.
5. Amore solo dona me, Ut ego quoque amem  
te, Et vigil & per somnia. Hoc dando  
dabis omnia.

Pater noster, Ave Maria,

2da Visit. Suspirium S. Aloysii.

1. O Christe pendes arbore Amore vulneratus. Pendes amoris victima, Quid Christe mi rependam? Lates minuto maximus Sub panis in volucro, Mihi que te das ferculum, Quid Christe mi rependam?
2. Me sic amantis gloriae Vitamque sanguinemque Si nullus impendero, Più quantum rependam? Hæc sola post hac vita sit Sudor laborque solus, Amare te pro viribus, Mori que sic amando.
3. Et te Mariam Virginem Cum Filio parentem, Dum spiro, testor sydera, Te diligam Maria. Sed Mater ut clientulum Iustus periclitantem, Per Filii te vulnera Obtestor & ctruorem.

Pater noster. Ave Maria.

3ta Visit. Salutatio vulneris pedis dextri Christi Domini pro impenetranda humilitate.

1. Salve vulnus gratiosum Christi fluens sanguine.
2. Mihi da cor fructuosum Vacans omni crimen.
3. Simplex, humile, zelosum Imo gaudens ordine. Pater noster. Ave Maria.

4ta Visit. Salutatio vulneris sinistri pedis pro impenetranda castitate.

1. Salve stillans pedis vena Hominum solatio.
2. Per te fiat in me plena Carnis castitatio.

3. Casto tibi metis serena Jungat se consortio.  
Pater noster. Ave Maria.

*sta Visit. Salutatio vulneris dextra manus pro  
imperanda obedientia.*

1. **S**Alve rubens ex cruento JEsu plaga dex-  
teræ.

2. Fac tua cum fervore Jussa quæram properè.

3. Getam corde, promain ore, Præstem promptus opere. Pater noster. Ave Maria.

*ta Visit. Salutatio vulneris sinistra manus pro  
imperanda mansuetudine.*

1. **S**Alve lævæ vulnus Christi Sanguine pur-  
pureum.

2. Fac me quovis casu tristii Mitem ac pacifi-  
cium.

3. Cunctis quos tu redemisti Lenem ac bene-  
volum. Pater noster. Ave Maria.

*tima Visit. Salutatio vulneris S. cordis pro im-  
petranda caritate.*

1. **S**Alve scissum cum tremore JEsu cor dul-  
cissimum.

2. Nobis patens ex amore Præsta cordis gau-  
dium.

3. Det virtutum cum splendore Caritas incen-  
dium. Pater noster. Ave Maria.

